BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 4r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



exercituum. Et dixit dominus deus
Pro eo quod eleuate sunt filie sy
on et ambulauerunt extento collo. et
nutibus oculorum ibant et plaude
bant. ambulabant et pedibus suis
composito gradu incedebant. Decal
uabit dominus uerticem filiarum
syon et crimen earum nudabit. In
die illa auferet dominus ornatum
calciamentorum et lunulas et torques.
et monilia et armillas et mitras et
discriminalia et periscelidas et mure
nulas et olfactoriola et in aures et anu
los et gemmas in fronte pendentes
et mutuatoria et epistiola et pallio
la et lintheamina. acus et specula. et
sindones et uictas et theristra. Et erit
pro suaui odore fetor et pro zona funi
culus et pro crispanti crine caluicium
et pro fascia pectorali cilicium. pul
cherrimi quoque uiri tui gladio cadent
et fortes tui in prelio et merebunt atque
lugebunt porte eius et desolata in
terra sedebit.

IIII

Et apprehendent septem mu
lieres uirum unum in die illa
dicentes panem nostrum
comedemus et uestimentis nostris
operiemur tantummodo inuocetur nomen
tuum super nos aufer opprobrium nos
trum. In die illa erit germen domini
in magnificencia et gloria et fructus
terre sublimis et exultacio his qui
saluati fuerint de israel. Et erit omnis
qui relictus fuerit in syon et residu
us in ierusalem sanctus uocabitur omnis
qui scriptus est in uita in ierusalem.
Si abluerit dominus sordes filiarum
syon et sanguinem ierusalem lauerit de
medio eius in spiritu iudicii et spiritu
ardoris. Et creabit dominus super
omnem locum montis syon et ubi inuo
catus est nubem per diem et fumum et
splendorem ignis flamantis in nocte.
Super omnem enim gloriam protectio et
tabernaculum erit in umbraculum
diei ab estu et in securitatem et abscon
sionem a turbine et a pluuia.

V

Cantabo dilecto meo canticum
patruelis mei uinee sue.
Uinea facta est dilecto meo
in cornu filio olei et sepiuit eam et la
pides elegit ex illa et plantauit uine
am electam et edificauit turrim in
medio eius et torcular exstruxit in ea
et exspectauit ut faceret uuas et fe
cit labruscas. Nunc ergo habitatores ie
rusalem et uiri iuda iudicate inter me
et uineam meam. Et quid est quod
debui ultra facere uinee mee et non
feci ei. An quod exspectaui ut faceret
uuas et fecit labruscas. Et nunc osten
dam uobis quid ego faciam uinee
mee. Auferam sepem eius et erit in di
reptionem diruam maceriam eius et
erit in conculcacionem. Et ponam eam
desertam non putabitur et non fodietur
et super eam ascendent uepres et spine
et mandabo nubibus meis ne pluant
super eam ymbrem. Uinea enim domini
exercituum domus israel est et uiri iuda
germen delectabile eius. Et exspec
taui ut faceret iudicium et ecce iniqui
tas. Et iusticiam et ecce clamor. Ve
qui coniungitis domum ad domum et
agrum agro copulatis usque ad terminum.